PH 15
1789

Copia

Cameralis Administratio Temessiensis Excelso Consilio
L. Regio repraesentavit: Quod licet D. Consiliarium
Aulicum Rhedeÿ de Kisrhede qua Ecclesiarum
Helv. Confess. Trans-Tibiscanarum S. Curatorem
inde ab Anno 786 iteratis vicibus requisive-
rit, ut pro Colonistis Banaticae Possessionis
Liebling Helv. Conf. addictis de Ministro
suae Confessionis provideat; nihilominus ab eodem
ne quidem responsum obtinuerit. Cum autem
praedicta Communitas adventum Ministri commu-
nibus votis expetitum summo cum desiderio
expectet, eatenusque apud Excels. Consilium de
novo recursum fecerit; hinc in consequentiam
Ejusdem Excelsi Consilii Intimati dd. 10ª Apr.
A. C. Nro 13451. ad Cottum hunc dimissi Dno
Ord. Judlium committi, ut D. Consiliarium
efficaciter moneat, quatenus collatis cum Su-
perintendentia sua Consiliis de Ministro ad Pos-
sessionem Liebling constituendo et expediendo tandem
cogitet, et immediate cum Camerali Administratione
Temessiensi necessariam in hoc passu cointelligen-
tiam foveat. In reliquo D. Ord. Judlium de qua-
liter subsecuto effectu Relationem suo tempore
praestandam habebit. Dat. V. Aradi 2ª Maij
1789.